Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in me credunt. expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius et demergatur in
profundum maris. Ve mundo a scandalis.
Necesse est enim ut veniant scandala. Verumta
men ve homini per quem scandalum venit. Si au
tem manus tua vel pes tuus scandalizat te. ab
scide eum et proice a te. Bonum est tibi ad vitam
ingredi debilem vel claudum. quam duas ma
nus vel duos pedes habentem mitti in ig
nem eternum. Et si oculus tuus scandali
zat te. erue eum et proice a te. Bonum est
unum oculum habentem intrare in vitam. quam
duos habentem mitti in gehennam ignis. Vi
dete ne contemnatis unum ex his pusillis.
Dico enim vobis. quia angeli eorum in celis sem
per vident faciem patris mei. qui in celis est.

Ieronimi pbri. l. l. Sapie

Optavi et datus est mihi sensus. et invoca
vi et venit in me spiritus sapientie. Et preposui
illam regnis et sedibus. et divitias nihil esse
duxi in comparatione illius. nec comparavi